

Rex Medorum &c. Quidam quærendum putant &c. Integer est, ut in editis, et fertilis bonae lectionis.

Succedit ei fol. 167. p. 2. *Commentarius in Librum Esther* praenotatus rubro: *Incipit Prologus in librum Hester. reginæ.* Prologus hic ad Reginam anonymam, quam supra *Juditham* esse vidimus, habetur etiam in edit. *Colon. T. III. p. 279.* uti et *Capitulum Index.* Opus ipsum minio nobis inscriptum est: *Incipit liber Hester que mysticat ecclesiam. reiecta synagoga.* Integrum est et ipsum, multumque ad emendanda edita conferre potest. Ita, ut aliqua delibem, in *Prologo* legit *Colon. obelo prænotata, Noster, ab ipso interprete obelo prænotata. Colon. ad liberandas, Noster, ad releuandas calamitates. C. I. Colon. Ezram et Mennam, Noster, Ezram et Neemiam. Colon. hunc Assuerum esse Artaxerxem vocatum; regnavit quoque &c. Noster, hunc assuerum esse Artaxersem qui cognominatus est memnon darii et parisatidis filium. hic ab hebreis assuerus. et a LXX. interpretibus artaxerses uocatur. regnavit quoque &c.*

IV. fol. 184. rubro *Incipit expositio uenerabilis bede presbiteri in librum tobie.* Initium litera quadrata: *Liber Sancti Patris Nostri Tobie. et in superficie littere salubris patet legentibus &c. Finis: Credo uidere bona domini in terra viventium. Explicit expositio libri Sancti Tobie. Extat T.*

IV. *Opp. edit. Colon. 1688. col. 347. f.*

In hoc Codice ad fol. 139. plures olim *Notae chronologicae* legebantur, quae nunc omnes amputatae sunt, relicta hac unica integra: *Anno domini Mill. CC. XXX. I. iubente clam imperatore friderico. occisus est Ludewicus. dux bawarie. ab ignota persona cultello transuerberatus. Factum id 15. Nov. in ponte Kelheimensi. Henricum filium Regem Rom. commendaverat Imperator Ludovico, qui cum in Patrem insurgeret, confilii particeps habitus fuit Ludovicus.*

LXXIX. IX. F. 19

Codex membraneus lat. Sec. 504 XIII. Folior. 263. 4. nitide scriptus, flavoque colore pernotatus est Expositio Libri *Job* compendiarum, cujus Prologus incipit: *Inter multos sepe queritur, quis libri beati iob scriptor habeatur. Sed hoc superuacue queritur, cum auctor libri Spiritus Sanctus fideliter credatur &c.* Et ipsum Opus: *Vir erat in terra bus nomine iob. Job dolens et bus consiliator dicitur &c. Definit: et erga futura spes. et erga preterita fides ligat. Autorem ignotum Gregorii M. Moralia in Job deflorasse, in propatulo est. Commentarium hunc fol. 243. ipse Liber Job excipit. Ad cuius calcem: Amen. Explicit liber Job.*

LXXX.

LXXX. VII A. ii benedictus per omnia secula seculorum Amen.

29 Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 306. f. max. Inest *Johannis de Hesdino Artesii Ordinis Fratrum Hospitalis S. Johannis Hierosolymitani Commentarius in Librum Job* amplissimus, in *Capita XLIII.* distinctus. Praeit *Index alphabeticus* rerum in eo contentarum. Sequitur *Probemium* apud nos mutilum, incipiensque ab his verbis: *in manibus Christianorum non peruenerunt, ut dicit Jeronimus lib. de illustribus viris, fuit ille philo iudeus nacione, ciuis alexandrinus de genere sacerdotum &c.* suppleri tamen potest ex *Sixti Senens. Biblioth. sancta*, ubi tale statuitur initium: *Usque in tempus sustinebit &c.* licet Codices bini Coll. Navarraei juxta *Oudinum Commentar. T. III. col. 1225.* sic exordiantur: *Quia ut dicit Cassiodorus &c.* Jam Commentarius ipse *scholastica phrasi*, teste *Sixto Sen.* elaboratus hoc modo ingreditur: *Vir erat in terra hus nomine Job. habita diuisione libri accedamus ad textum. Quis fuerit iste Job dictum est. Terra Hus erat quedam patria in terra caldeorum denominata ab hiis qui fuit primogenitus Nachor, ut dicitur gen. XXXII.* Sic vero terminatur: *Nam quis est alius noster finis nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis. Ad quod regnum nos perducatur, qui in trinitate personali et una simplici deitate in eternum uiuit et regnat deus*

Praeter autores citatos meminere Nostri, aliorumque ejus scriptorum *Trithemius de Scriptt. eccl. n. 678.* *Fabricius Bibl. med. et inf. Lat. edit. Patav. T. IV. p. 83.* *Foppens Bibl. Belg. T. II. p. 658.* Doctor Academiae Parisinae circa an. 1390. clauit, nomenque patriae ejus ab aliis etiam *Hisdinium*, quin *Isdinium* scribitur.

LXXXI. VII B. ii

88 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 219. f. eleganti manu exaratus et rubricis distinctus continet sine *Autoris* nomine *Exegeseos de Psalmodum Libro Partem I. a Psalmo* uidelicet I. ad *Psalmodum LXVII.* Fronti Codicis inscriptum est: *Iste liber est monasterij Sancti Geori martiris Hertzoggnburge Canonorum Regularium.* Praefatio incipit: *Quoniam illo auxiliante sine quo omnis actio et intentio cassa est psalterium incepturi sumus.* Explanatio uero ipsa: *Primus psalmus duabus de causis caret titulo &c.* Ultima uerba in Cod. sunt: *Et quia difficilem psalmum ad intelligendum et prolixum tandem deo adiuuante peregimus. inde benedictus deus.* Sed alia manus rationem adiecit, cur singulis Psalmis uersiculus *Gloria Patri &c.* subdatur hoc initio: *Iste uersiculus post unumquemque psalmum cantatur. ideo scilicet. quia unusquisque psalmus suae sit ex-*
bor.